



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-839770-p0001-9

DFG







1711.

1. Busbom, Johannes Jonas: *Deces controversiarum  
or materia testamentaria*

2. Grotmannus, Melch. Detthmannus: *De separatione literarum  
per locutionem et divisionem praepublicis occasione*  
Stat. Hamb. p 3. tit. 3. cl. 2, yet 6.

3<sup>a</sup>st Hest, Johannes Wielandus: *Reunione proutum vulgo  
Ein-Kunsschafft.* 25 sept. 1711 & 1721.

4<sup>a</sup>st Grotmannus, Melch. Detthmannus: *Decessione literarum  
cambialis.* 25 sept. 1718.

5<sup>b</sup>2<sup>2</sup> Mollenbecker, Bern. Ludov: *De iudicio testamentis  
omni velitis.* et 1. 1. 56ff. de bonis - possens secundam  
tab.

6. Schröffering K, Martin Wulser: *De domini reori-  
viscentia.*

7<sup>a</sup>st Weberus, Joannus: *De refutatione fideorum  
imperii*

1711.

8<sup>a</sup> = Wurm, Petrus Christianus : De fide mararia.

2 Bompf - 1711 - 1731.

1712.

1<sup>a</sup>, b, c = Höefft, Ioseph Faust : Virgine suprata  
et supratorum nos talenda - 4 Bompf - 1712, 1719,

1734 - 1734.

2. Kirchhoff, Iohes Hieronymus : De immortalis et numeri-  
bus realibus, omissione.

3. Mollendorfius, Frans Huius : De patre potestate.

4. Schenck, Ioh. Terentius : De privilegiis decimorum  
ecclesiasticorum

5. Schlesiemacherius, Iohes Ludovicus : De pacto commissoris  
in pignore

6. Weberus, Annaelet : De jure monachorum.





Q. D. B. V.  
1711, 36 4  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE

# UNIONE PROLIUM,

VULGO  
*Ein- Freundschaft/*

QUAM  
AUSPICE DÉO TRIUNO,


AUTHORITATE ET INDULTU  
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS,  
IN ILLUSTRI HAC LUDÓVICIANA,

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONO-  
RIBUS ET PRIVIL. DOCTORALIBUS OBTINENDIS,  
PÚBLICO ET SOLENNI  
EXCELLENTISSIMORUM DNN. PROFESSORUM

EXAMINI SISTIT  
JOHANNES WILHELMUS ~~DAGE~~  
ILLISTRIS REGIM. NASS. DILLENBURG. ADVOC.

DIE XVII. DECEMBRIS A. M DCC XI.

GISSÆ, ANNO MDCCXXII.





## PRÆFAMEN.

**D**isponenti milii, finito Auditorum studio, in hoc Alma Ludoviciana, quam materiam ex Jurisprudentia Civili, Thematice Inaugurali loco, Seligerem, prefens se obtulit, quam tibi hilo L. B. de Unione, seu Paratione Prolium, von Ein-Kindschaften. Quod genus pasti per totam fere Germaniam est introductum, & a longu temporibus usitissimum, de quo cautum est in Ordinat. Moguntina, quam præ reliquo laudat Hahn. de Jure rerum, Conclus. 73. n. 2. ubi eam totius juris normam & regulam vocat, ac in Camera Imperiali receptam testatur; Dn. Eyben in Eleg. Jur. Feudal. c. i. §. 7. In Constitut. Sölmens. P. 2. Tit. 20. in Reform. Francq. P. 3. tit. 10. Ordin. Palat. P. 2. tit. 15. Jur. Würtenb. P. 4. tit. ult. Statut. Friburg. Tract. 3. Tit. 4. von Vergleichung der Kinder, Reform. Worm. Libr. 5. P. 5. Tit. 5. von Ein-Kindschaft. Quia materia egregie tractatibus & scriptis est illustrata, cuius manifestus usus se abunde commendat, quia haec pasta ad amorem conjugalem, & stabiliendam inter utrumque matrimonii liberos fraternali concordiam faciunt; Ut constituta successionis equalitate, omnis invidie, atque discordie tollatur, occasio, sive que futuri litibus obviam eatur. Hanc ergo materiam, secundum ordinem causarum elaboratam, in praesentiarum

sistere, & tanquam specimen inaugurale, Excellentissimorum  
Dnn. Professorum benevole censura, ac disquisitioni submit-  
tere placuit. Tu Lettor benevole aequo has theses animo ac-  
cipere haud deditiores. In quibus si quid minet potest aut  
accurate sit potest, ob ingenii imbecillitatem, temporis que  
(quo constringor,) brevitatem, candidum atque benignum  
iudicium, a Te expecto. Vale.

## CAPUT I.

De Definitione Nominali, Homony-  
mia & Synonimia Unionis prolium.

## THES. I.



Um omnis, quæ a ratione de re' aliqua suscepitur institutio, a definitio-  
ne debeat proficiere, ut intelligatur,  
quid sit id, de quo disputetur, be-  
ne monente Cicerone L. 1. de Offic.  
Hanc præmittendam esse centui;  
Definitionem autem aliam esse no-  
minalem, aliam realem, in vulgus  
notum est. Et in themate nostro duo potissimum vo-  
cabula occurunt, alterum *Unionis*, alterum *prolii*. Di-  
citur autem *Unio* notatione Grammatica, juxta Vossium  
in suo tractat. de *Vitis sermonum lib. 1. c. 31. pag. mibi 137.*  
ab uniendo, ut regio a regendo, & est unio prolii,  
quasi una tantum proles, quia per hoc pactum liberi  
diversi matrimonii, quoad successionem in bonis Paren-  
tum unientium ita conjunguntur, ut hac in parte uni-  
us quasi matrimonii proles esse censeantur; Cum vox  
unionis in genere tantum unum, nunquam vero duo  
vel

( 5 )

vel plures denotet, secundum Isidor. lib. 16. cap. 10. quare merito dicitur unitas, seu parentela liberorum, tam respectu sexus masculini, quam foeminni, ideo unitas prolium, non vero Parentum, fratrum, aut sororum dicitur, quod dicterium Germanicum indicat, Ein-Kindschafft non vero Ein-Elterschafft / Ein-Bruderschafft / vel Ein-Schwester schafft / quod vulgari idiomate nostro sic exprimimus, daß sie von Ihnen beyden aus vorigen Ehe erzeugten beyderseits Kindern / und die sie in jehiger Ehe gezelet hätten / oder zielen möchten / eine Ein-Kindschafft wollen machen und gemacht hätten / Rick, in sing. tract. de Unione prol. cap. 1. n. 9. in fin.

THES. II.

Quod vero vocabulum *prolis* attinet, duplarem habet significationem, & accipitur vel *generalissime*, in qua significatione competit omnibus animalibus, tam hominibus, quam brutis, etiam pro ramo succrescente, vor ein jung Syroflein / &c ita per translationem de plantis dicitur, hinc Virgilius 2. Georgior. olivæ *prolis*, vel *generaliter*, ut in nostra materia pro liberis cuiuscunque sexus. vid. Lexicograph. voc. *prol.*

THES. III.

Homonymiam quod attinet, unionis vocabulum in Jure nostro diversimode accipitur (1) pro coniunctione & coalitione duarum rerum, partium, & actionum, ita dicuntur agri uniri, quando e pluribus unum facimus l. si quis ædes 30. ff. de serv. urb. præd. §. 22. Inst. de R. D. ibi unitum agrum. (2.) dicitur etiam Unio eis Perle / quoniam in conchis, quæ in mari rubro inveniuntur duo non reperiuntur, ut Plinius inquit lib. 6. Nat. hist. cap. 35. l. 6. prine. §. l. 19. §. penult. de Aur. §. arg. leg. l. 22. ff. de furtis. (3.) aliquando Jurisdictiones castra Domina &c.

A 3

uniri



uniri dicuntur, quæ est Unio Territoriorum, Regnum, & Principatum, & (4.) pro fœdere, seu Liga Principum (5) pro ipsa pacis unione & confederatio-ne perpetuo duratura, [6] unio actionum dicitur & fit quando unius vis, natura atque effectus in alteram co-alescit, [7] in Jure Canonico beneficia & Ecclesiæ uniri dicuntur, vid. Dn. Slevogt. *eleg. tract. de Unione Ecclesia-sum & beneficiorum.* Ubi vox Unionis, nostro fere sen-su accipitur, quæ symbolum & qualitatem similem ha-bent. [8] Sumitur pro concordia & consensu, quando homines sunt unius animi ac voluntatis, quod tam-en in singulis animi motibus raro invenitur, propter na-turalem hominum ad dissentendum facilitatem, unde vix tria paria talium amicorum apud omnem antiqui-tatem numerantur, [9.] dicitur etiam unio votorum, quando Electores Imperatorem eligunt, vel (10.) unio Eleitoralis, dicitur Chur-Fürstl. Verein, quando Electores durante interregno, curam Imperii Universalem sibi vindicant Per Illustr. Baro de Lynck. *in Angl. ad Schwed. P. p. 8. l. c. 30. §. 3.* In themate autem nostro significat unionem seu parificationem prolium eiae Ein-Kind-schafft de qua paucis agere propositum est.

## THES. IV,

Unio prolium apud JCtos vocatur etiam [1.] pa-rificatio seu Pariatio, quia liberi pariati seu uniti, quoad successionem pari Jure gaudent, *Bocer. class. 1. disput. 12. thel. 1. Fichard. conf. 74. n. 8. vol. 1.* seu pactum unionum, Rick. *in tractatu sing. de unione prolium cap. 1. n. 10. (2.) ab-usiva filiorum adlectio Rick. d. lib. cap. 4. n. 28.* [3] Con-junctio seu pariatio prolium Gail. 2. *Obf. 125. n. 11. (4.) ad-filiatio vel filiatio reciproca. Coëpp. obf. 55. n. 2.*

## CAP.

CAPUT <sup>(7)</sup> II.

De Origine, Definitione reali, &  
Requisitis.

THES. I.

**U**nio prolium Juri Civili est incognita, sed passim in Germania & aliis provinciis, moribus & consuetudine est introducta & recepta, Statutisque comprobata, & pacta unionis Prolium, ubi de successione plurium liberorum agitur, sicuti Pacta Conjugum, ex Germanorum moribus vel Jure non scripto sunt introducta, vid. Dn. Baro de Lynck. *in Anal. ad Struv. ad Scrum Tertull. Thes. 47.* Quicquid enim roboris habet hæc unio, quicquid efficaciam, illud totum habet ex Jure consuetudinario. *Bocer. class. I. diff. 12. th. I.*

THES. II.

Est autem unio prolium pactum solemne, quo liberi diversi matrimonii, coram magistratu ordinatio, causa cognita, & consensu eorum, quorum interest, quoad acquirendam hereditatem per nuptias exequantur & uniuntur. *Carpzov. lib. 5. Rep. 6. & Gail. 2. ob. 125.* Treutler. *I. Diff. 2. th. II. Confer. Struv. in S. I. C. Ex. 3. ib. 66. & Strauch. Diff. 4. ib. 22.* Germanice Ein-Kindschaft ist ein solcher Actus, dadurch die Stieff-Eltern vor rechte Eltern / und die Stieff-Kinder vor rechte Kinder eingeschätzt werden. *Hahn, de Jure Rerum c. 10. Concl. 73.*

THES. III.

Diximus *Pactum solemne*, *Pactum enim Unionū Prolium* non manet in terminis pacti simplicis, sed hos egreditur, & est pactum successorum acquirendæ hereditatis, seu futuræ successionis, quod alias Juri Civili est incognitum, cum hereditas pactis dari non possit; Fit autem hoc pactum scriptura accedente, & Instrumenti

menti publici fidem ac robur fertur, atque exinde præsumptionem veritatis & solennitatis pro se habet. Welsenbec. in paratit. ff. tit. de fide instrum.

## THES. IV.

In definitione liberorum mentionem fecimus; Ideo in antecessum notandum, quod sex præcipue librorum sint species; [1.] Liberi spirituales [2.] naturales & legitimi simul, (3.) legitimi tantum, (4.) naturales tantum, (5.) spurii seu vulgo quæstici, & [6.] nati ex damnato coitu; Ad nostram vero materiam vel hi tantum pertinent, qui dicuntur comprivigni, & neutrum parentum communem habent, neque cognati, neque affinis sunt, zwey zusammen gebrachte Kinder/ de quibus in §. 8. f. de Nuptiis agitur. Et in Reform. Francof. P. 3. tit. 10. §. 16. illorum fit mentio, würden auch zwey Ehe-Gemächt beyderseits Kinder zusammen bringen / vel ii qui ex uno latere conjuncti sunt, e. g. uterini vel consanguinei, Kinder von einer Mutter und zweyern Vätern / oder von zweyern Müttern und einem Vater. Ita, ut mariti bona uxor is, & contra uxor is bona mariti fiant, & sic una communis massa efficitur, ut omne discrimen tam respectu paternorum, quam maternorum bonorum tollatur; Interim nil refert an solum primi, an vero ulterioris sint gradus, cum & hi nomine librorum veniant, veluti nepotes & neptes. l. 84. 104. § 220. ff. d. V. S. ut eriam expresse statutum in Reform. Francof. d. l. §. 17. und dieses soll auch statt haben/ wenn der gleich gemachten Kinder/ etliche mit Tod abgangen wären/ und Cheliche Kinder hinterlassen hätten; Dann in denselben fall sollen an der abgestorbenen statt/ derselben Kinder eintreten / und der Erbschafft zum Stamm-Theil fähig und gewärtig seyn/ quæ significatio in Sacris literis quoque habetur, vid. Genes. 25. v. 5. § 31. v. 28.

TH.

( 9 )

THES. V.

Cum præcipuum Magistratus sit officium, controversias dirimere, & litium quoad fieri potest, auterre ac imminuere vires, multo magis in hac parificatione authoritas magistratus [quæ est pars solemnitatis, & ab hoc pacto non debet divelli,] intervenire debet, & quidem regulariter ordinarii. Harprecht. §. fin. de adopt. num. 16. 17. qualis expressus extat textus in Reform. Francot. part. 3. tit. 10. §. 6. So sollen demnach beyde Thelle für unserm Schöffen-Rath erscheinen / die Notul solcher obgedachten Ein-Kindschafft / &c.

THES. VI.

Unio quidem prolium ad actus Jurisdictionis voluntariæ, magis quam contentiosæ accedere videtur, proinde coram incompetente judice eam quoque fieri posse, afferit Hahn. de Jur. Rer. Concl. 73. num. 6. Rick. c. 6. n. 27. Carpz. L. 5. R. 6. n. 16. Nobis tamen coram Judice competente, domicili, aut ubi bona sita sunt, eam fieri debere, rectius videtur. Non enim hic actus est simplicer voluntariæ Jurisdictionis, sed quodammodo mixtus, cum causæ cognitionem accuratam exigat, & Decretum requirat. Stryck. in U. mod. ff. Tit. de Adopt. th. 12. quod & consultius existimat de S. A. I. diff. 8 c. 6. th. 8. confer. Müller. ad Struv. Tit. de Adopt. th. 66. ubi laudat Bocer. Cl. 6. diff. 12. th. 3. lit. a.

THES. VII.

Cum vero casus occurrat, bona in diversis territoriis esse sita, vel personas unientes diversam Jurisdictionem agnoscere, quæritur, an uterque Judex requiriendus, an vero unius authoritas sufficiat? Multis videtur unius authoritas ex hoc fundamento sufficere, quia Unio prolium est instar adoptionis, quæ coram

B

quo-



quocunque Magistratu, etiam incompetente, tanquam actus voluntariæ Jurisdictionis, fieri potest, unde leges statuunt, ea quæ sunt voluntariæ Jurisdictionis, extra territorium exerceri & expediri posse, l. 2. ff. de Offic. Pros. Nos vero contrarium potius statuendum putamus. Et ob pupillorum communis vix fieri posse legitime unionem credimus, nisi utriusque judicis interponatur authoritas, quando enim bona pupillaria sunt in duobus territoriis, tunc etiam utriusque judicis decretum requiritur in delatione tutelæ l. pred. 16. C. de pred. & alii reb. min. & sic decretum Judicis utriusque [quod semper adesse necesse est Carpz. lib. V. R. 6. n. 22. in med.] majoris cautelæ gratia solet adhiberi in contra-ctu minoris puto alienantis rem suam forensem seu per-egre existentem Rick. c. 4. n. 29. & n. 35.

## TH. VIII.

Non autem sufficit sola Judicis authoritas, sed requiritur exacta causæ cognitio, an liberi utriusque Conjugis numero sint æquales, quorum numerus non sit longe dispar. Et si hoc, an etiam æqualia bona habeant, ne quis ex liberis lædatur, aliqualis tamen inæqualitas attendenda non videtur, ob lites præcavendas & evitandas, Judex enim in primis cavere debet, ut inquirat, an unio hæc liberis expeditat vel non, annon defraudentur, ne sub copulandæ unionis obtrentu, alter in alterius facultates potius irruere, illisque infidiose contra bonos mores inhiare, quam conjugalis amoris arctiorem conjunctionem & vitæ concordiam appetere videatur, ut etiam in Ref. Francof. P. 3. tit. 19. §. 7. expresse provisum. Da nun unser Schultheiß und Schöffen &c. Item in Ordinat. Solm. Part. 2. tit. 20. §. 8. Wann dann solches ab so geschehen/ so sollen nichts destoweniger Schultheiß u. Schöffen

Schaffen den Handel auch erwegen/ die Notul der Ein-Kindschafft beischen/ sich der Gelegenheit summarie erfundigen/ und demnach/ da auch sie die Ein-Kindschafft zulässig befinden/ durch ihre Richterliche Erkünß befräfftigen/ &c.

## TH. IX.

Causæ cognitione præmissa, necesse est, ut Decretum Magistratus accedat, quod est pars solennitatis ipsius pacti, & eo accedente omnis turpis captatio successionis, ac fraudatio parentum, liberorum, & omnis suspicionis fraus tollitur, plenamque accipit fidem, ut nulla probatio egeat si controversia de hac Unione prolium oritur; Quæstio a DD. moveri solet: an expressa decreti approbatio in continentis in ipsomet actu intervenire opus sit, quod vult *Muscul. de Succession. Convention. membr. 3. n. 83.* an vero ex intervallo etiam sequi possit, quod affirmat Rick. c. 6. n. 45. Nos cum Stryk. de S. A. I. D. 8. c. 6. §. 11. sufficere putamus confirmationem accedere, quo-cunque demum tempore fiat.

## TH. X.

Consentus parentum, tanquam Unientium principaliter adesse debet, ne scilicet uni parentum invito sius heres agnascatur, arg. §. 7. *Inst. de adopt.* & sicuti pacta omnia & contracti consensum contrahentium desiderant, sic etiam in hoc pacto maxime consensus conjugum necessarius est, deficiente enim consensu, deficit ipsum patrum.

## TH. XI.

Accedere quoque debet non saltim consensus liberorum uniendorum, maxime si hi sint puberes, arg. l. 5. §. 24. ff. *de adopt.* (secus est in infantibus & intellectu parentibus,) sed etiam adesse debet tutorum & curatorum

consensus, quos si non habeant, a magistratu tutores & curatores sunt constituendi; horum enim consensus negque per judicem suppleri potest. Si vero patri, ut hodie quoque fieri solet, tutela si delata, ad actum Unionis prolium alius tutor interim dandus, quia pater in rem suam author fieri non potest. arg. §. 3. Inß. de Authorit. tut. & §. 9. in fin. de Inutil. stip.

## TH. XII.

Deinde proximi agnati & cognati, utriusque lineæ advocandi & examinandi, quænam sint facultates pupillorum, quorum nomine parificatio petitur, ut exinde æstimetur, an ea utrique proficia sit futura, nec non, ut horum præsidio stipati, omni foco, ac collusione actum carere judicem edoceant. Carpz. L. 5. R. 6. n. 17. prout & cautum in Ref. Francof. P. 3. tit. 10. §. 5. ubi verba ita habent: sollen gedachte Vormündere nebenbei ihren Pfleg-Kindern beiderseits nechsten Verwandten / Freundschafts mit Fleiß helfen bedenken/ was ihre der Kinder Nutzen und Schaden / bei solcher Ein-Kindschaft seyn mag. Et in Ordinat. Solm. P. 2. tit. 20. §. 4. Alsdann sollen dieselbe/ (nemlich deren nechste Unverwandte und Vormünder) des Verstorbenen Mahnung/ und was die Kinder von ihren Eltern allbereit ererbt/ eigentlich erkunden/ und gegen densjenigen/ was der zukünftige Ehe-Gemahl zuzubringen vermag/ überschlagen/ ob dieselbe behende Nahrung sich ohngefährlich mit einander vergleichen oder nicht. Unde, si ex facultatum disparitate æquum judicabitur, ut prioris vel posterioris matrimonii liberis præcipuum aliquid in futura successione concedatur, id omnino fieri necesse est. arg. L. 17. §. 2. ff. de adopt. ac ita bene prospectum in Retorm. Francof. oder wo man deren fortgang ja gern sehen wolte/ ihren Pfleg-Kindern erster Ehe

( 13 )

Ehe einen gebührlichen Voraus/ an statt derselben Västerlichen anererben Nahrung/ nach gestalt und gelegenheit derselben/ machen.

### TH. XIII.

Quæritur autem, quot personæ propinquorum intervenire debeant, R. quatuor, aut tres, ad minimum duo, quia requiruntur plures, locutio autem pluralis duobus est contenta l. 12. f. de telib. Reform. Francof. § 4. So soll nichts destoweniger gleichfalls zu der Abrede und vergleichung der Ein-Kindschafft/ zween oder drey &c. Hinc si lis oriatur circa præsentiam proximorum, ei, qui dicit propinquos ad suisse, onus probandi incumbit. arg. § 4. Inst. de Leg. § 1. 2. f. de probat. Porro occurrit quæstio; Si in statutis fiat mentio propinquorum, vel consanguineorum, an etiam sub his affines contineantur, & ad Unionem confirmandam sufficient? quod negandum, quia magna est differentia inter affinem & cognatum, affinitas enim non sanguine, sed justis duntaxat nuptiis contrahitur. l. 4. § 3. l. 8. f. de grad. & affin. Affinis etiam absentem cognatum repræsentare nequit, Harprecht, ad Inst. § 12. de adopt. num. 19. & quia lex requirit cognatos, id specifice observandum est, nec per æquipollens impleri debet; vid. Fürstl. Würt. Erneuert. Landesrecht/ tit. von Ein-Kindschafft/ in princip. ibi: auch ihres abgestorbenen Vaters oder Mutter halb nechste Freunde.

### TH. XIV.

Una ex his solennitatibus omissa, Unio est nulla, Exemplum Unionis nullæ & invalidæ, tale esse potest: Caius ad secunda vota transiit, par ficationem pactis dotalibus his verbis inseruit: Weil Caius von seiner verstorbenen Ehe Liebsten annoch Kinder im Leben hat/ und dann mit Gottlieb Seegen in dieser vorhabenden Ehe mehr Kinder zeu-

B 3

zeu-

zeugen möchte/ daher um Vermeydung künffiger Missverständen und Widerwillen/ sondern damit sie solche erzeugte und nachfolgende Kinder / in desto mehr Frieden und Einigkeit desto besser auferziehen möchten/ ist eine Ein-Kindschafft beschlossen/wie solches vermög der Rechten/ am kräftigsten und beständigsten immer geschehen/ und vollzogen werden kan oder mag. Licet enim ultima adducta sint verba: wie sie denen Rechten gemäß am kräftigsten seyn möge. Hanc tamen formulam effectum Unionis prolium producere negamus, cum in ea debitæ solennitatem non sint observatae.

## TH. XV.

Causa efficiens remota est Jus consuetudinarium, ut supra expositum: proxima vero sunt pacientes, parentes & liberi, quae pacta in nonnullis quidem locis sunt sine scriptura, in plerisque autem ea accedente, & non valent, nisi literis unio hæc sit consignata. Hahn. de Jur. rer. e. 10. Concl. 73. Unio enim (1.) est Juris singularis, plura habens & diversa capitula, (2.) Consuetudines sere omnes & statuta locorum quibus uniones hæc confirmantur, scripturam non privatam sed publicam requirunt, ut se Juri communi accommodent. (3.) Quia quicquid coram judice sit vel agitur, debet in scripta & monumenta seu archiva publica referri. Rick. de Unione prolium cap. 6. n. 31. & seqq. Carpz. lib. 5. resp. 6. n. 23. Gail. 2. obs. 123. Quærunt, an Unio prolium in testamento fieri queat? R. Neg. quia nec pacta nec contractus in testamento celebrari debent. Aut enim solennia in hoc pacto requisita adhibentur, & tunc testamentum vitiatur, cuius contextus hoc actu interrupitur, Unione salva manente, sicque liberi non ex testamento, sed ex pacto succedunt. Aut solennia omittuntur, sed Testamentum juste perficitur, & tunc liberi

ex

ex Testamento succedunt, non ex pacto, quod forma non servata, nullum est. B. Dn. Stryk *intr. de S. A. I. diff. 8. c. 6. tb. 3.* Fieri tamen potest, ut talem Unionem in testamento contentam, Magistratus confirmatio roboret. Rick. *de Union. prob. c. 6. Musc. de Success. Convent. cl. 1. m. 3. n. 134.*

## TH. XVI.

*S*i in quibusdam locis unio prolium nec consuetudine, nec statuto sit recepta, pactum tamen unionis initium, de quo postea disceptatur, bene facit Judex, si aut principem consulat. *L. 79. §. 1. ff. de Judiciis*, aut pro eo, si illud a formulis aliarum Reformationum non sit alienum, pronunciet, illudque confirmet, si enim consuetudo in aliquo loco deficiat, nec ad sit de aliqua re constitutio, illud quod proximum & consequens est, erit secundum. *l. 14. §. 32. ff. de leg. ubi Jason. n. 4. §. 134. ff. de R. J.*

## CAPUT III.

De Personis Unientibus & Unitis, sive  
Subjecto activo, & passivo Unionis prolium.

## THES. I.

*P*ersonæ unientes sunt Conjuges; Unio enim prolium semper præsupponit antecedens matrimonium; hinc unionem prolium nemo facere potest, nisi ille, qui est, vel fuit in matrimonio, Parentes ergo hic intelligimus, qui ad secundas nuptias transeunt, sive utriusque id faciant, sive alteruter tantum, & vel utrinque ex priori matrimonio liberos habeant, vel ab una parte tantum. Hahn. *de Jur. Rer. c. 10. conclus. 73. n. 3.* Per secundas autem nuptias intelligimus omnes, quæ non sunt primæ, vel quæ fiunt post primas, sicuti substitutio, vel secunda hæredis institutio, dicitur omnis illa quæ non est prima, vel quæ fit post primam, per notoria,

## TH.

Quæritur autem, an Pactum Unionis prolium tam ante, quam post matrimonium celebratum, fieri queat, an vero præcise necessarium sit, ut ante illud, vel statim initio matrimonii fiat? Prius, quod tam ante, quam post matrimonium factum, tale pactum valeat, affirmat cum C.J. A. Tit. de Adopt. lib. 67. n. 4. B. Stryk. de S. A. I. diff. 8. c. 6. §. 4. Neg. Gylmann. p. 151. Rubric. *Unio prolium. & Reform. Francos. P. 3. tit. 10. §. 2.* Dass sie zugleich auf den hienlichs Tag/ oder hernacher/ (doch in allweg für ihrem Ehelichen Kirchgang/ und Beylager) abreden/ auch solche Abrede so bald schriftlich verfassen lassen sollen/damit si die selbe zu besichtigen/ und zu erwegen/ wie hernach folgen wird/ unserm Schöffen-Rath fürlegen mögen. Et hoc in tantum extenditur, ut, licet post celebratum matrimonium, paratio adhibitis omnibus debitibus solennitatibus facta sit, nullius tamen sit momenti; ob expressa adjecta verbis: dann da sie solches überschreiten werden/ und erst nach gehaltener Hochzeit/ und Ehelichem Beylager/ solche Ein-Kindschaft abreden/ und aufrichten/ und derowegen bey unserem Schultheiß und Schöffen/ um Bestätigung derselben ansuchen wölfen/ so sollen sie damit nicht gehört/ noch ihnen dieselbige Ein-Kindschaft/ als dieser unser Ordnung ungemäß/ und nichthalich abgeredet/ nicht confirmirt werden. Forma enim à lege præsecripta specifice, & ad unguem est observanda, eaque non observata, actus est nullus. arg. l. 5. C. de LL. Sed cum hæc ordinatio sit statutaria, adeoque stricte accipienda, nos credimus, quod si statutum expresse aliter non disponat, nil intersit, an unio prolium ante matrimonium, idque vel interpositis pactis, l. 1. in princ. l. 12. §. 1. l. 28 ff. de Paß. vel aliis pactis, adhibitis tamen solennitatibus, an post matrimoni-

(17)

monium constituantur. vid. *Muscul. de Success. convent. mem-  
br. 3. Clas. I. lit. G. n. 61.*

### TH. III.

Quæritur porro: An sexagenarius pactum unionis inire possit? Videtur quod non, quia talis vix habet spem liberos suscipiendi; Affirmantum tamen placet sententia, quia sola senectus per se, non impedit matrimonium; quod in multis, ut in senibus Legis est obsequium, & humanitatis solatum. *Can. 13. caus. 31. quæst. 1.  
Rick. cap. 4. n. 20. & 23.* Castratus autem filiationem reciprocam facere nequit, cum liberos procreare non possit; Unio enim non nisi diversi matrimonii liberos unxit; Existimant quidem nonnulli, quod si ex priori matrimonio liberos habeat, & postea castratus sit, unionem possit inire, quia autem nuptias celebrare nequit, mandatum in regula, & sententia negativa. *Rick. trat. alle-  
gat. cap. 9. n. 7.* Christiani quoque cum Judæa incapaces sunt Unionis prolium, & vice versa, quia tales conjugium invicem inire nequeunt, sed illud tanquam adulterium est prohibitum; Bene tamen Judæus cum Judæa parationem liberorum celebrare potest. *Reform. Francos.  
b. t. th. 32.*

### TH. IV.

Quæritur etiam: An fœmina liberos unire queat? Ratio dubitandi inde desumitur, quia fœmina adoptare nequit. *§. 10. J. de adopt.* cum liberos in potestate non habeat. *d. §. & §. 3. J. de her. qual. & different.* Sed cum non tam patria potestas, quam successionis delatio hic respiciatur; nos unionis eam capacem esse credimus, cum *B. Stryk. de S. A. I. Diff. 8. c. 6. §. 5.*

### TH. V.

Unio Prolium inter plebejos, vulgares, ac stemma-

C

te i-



te ignobiles personas, plerumque frequentatur, ubi tam ampla, ac locuples non est bonorum provisio: inter nobiles enim & patricios, habentur familiaria Concordata & perpetua familiae Pacta Erb-Einigung/ oder Erb-Geding/ in quibus propter Nominis & Stemmatis conservationem prohibitum, ne bona Majoratus vel antiqua hæreditaria extra familiam alienare, vel alias transferre liceat, ut etiam caustum in Reform. Francoſ. Part. 3. m. 10. §. 8. So auch ſolcher der Ursach Erroeigung und [wo von ndtzen] Erkundigung/ unsere Schultheiß und Schöffen befinden wyrden/ daß den Kindern erster Ehe/ durch absterben ihres rechten Vaters oder Mutter eine ſolche Nahrung erblich angefallen wäre/ oder auch künftig anfallen möchte/ davon ſie ihrem Stand und Wesen nach wohl unterhalten/ und auferzogen werden möchten (wie gewöhnlich bey Geschlechtern ſich beſindet.) Damit dann unter dem Schein der Ein-Kindſchaft/ ihnen den Kindern/ ſolche ihre Väter- und Mütterliche Erbschaft nicht geringet/ entzogen/ und auf Fremde gewendet werde/ ſo ſollen Schultheiß und Schöffen/ alſdann die begehrte Ein-Kindſchaft/ nicht den reichen und wohlhabenden Eheleuten und deren Kindern/ ſondern fürnemlich den Gemeins-Leuten/ und Handwerfern/ deren Vermögen gering/ zu gutem angesehen worden/ und aufkommen/ damit ſie deſto friedlicher/ und einiger beysammen leben/ und ihre gemeine Kindere/ deſto williger auferziehen mögen. Interim haec non intelligenda, quaſi inter nobiles & patricios plane hoc pactum Unionis prolium sit ſublatum, ſed tantum, quoad Majoratus, Stemmatum, & alia præcipua bona immobilia, ne ſcilicet haec liberis auferantur, ut testatur Statutum Worm. von der Ein-Kindſchaft &c.

TH.

¶ ( 19 ) ¶

TH. VI.

Personæ, quæ uniuntur, sunt liberi, qui ex iustis nuptiis, diversis tamen sunt procreati, sive puberes si-  
ve impuberes, sive nati, sive nascendi, vid. Rick cap. 9.  
n. 41. quales sunt v. gr. comprivigni, qui neque cognati  
inter se, neque affines sunt, germanice, zusammen ge-  
brachte Kinder/ vel partim ii qui ex uno latere conjun-  
cti sunt, ut uterini; illud nil refert, an parentes pacif-  
centes jam habeant liberos, ab utraque parte susceptos,  
an vero ex alterutra saltim parte, dummodo hoc po-  
steriori casu, omnis sobolis spes omnino non expiret,  
sed spes procreandæ sobolis, respectu potentiaæ natura-  
lis adsit. Müller. ad Scruv. tit. de Adopt. thes. 66.

TH. VII.

Quæritur de liberis naturalibus, an illi uniri que-  
ant? Affirmant DD. Si præter liberos naturales legiti-  
mi non extent, vid. l. 6. ff. de Instit. & substit. Besold. in  
delib. qu. 34. distinguit inter patrem & matrem, ita, ut  
ille quidem inter legitimos & naturales Unionem pro-  
lium facere nequeat; Hæc autem legitimis illegitimis  
iungere non prohibetur. vid. Ord. Wurtenb. de Un.  
prot. n. 84. Nec interest, an mater solos naturales ha-  
beat, sive legitimos & naturales simul, illegitimus e-  
nim ratione matris non dicitur, juxta illud dipterium:  
Es trägt kein Weib kein Bastard; vid. B. Cancell.  
Hert. in Paroem. Excipiuntur tamen ex nefario & dam-  
nato coitu orti; Rick. de Un. prot. cap. 4. n. 19.

CAPUT IV.

De Objecto Unionis prolium.

C 2

TH.

\* (20) \*

THES. I.

Objectum sunt bona, vel universa, vel eorum pars, præsentia & futura, paterna & materna, plerumque tamen fieri solet, ut liberis prioris matrimonii præcipuum aliquod assignetur, uti eleganter disponit Ref. Francot. p. 3. tit. 10. §. 5. verb. Also da zwischen der Mutter/ und der ersten ihren Pflegkindere/ u. denn des künftigen Vatters/ und seiner Kindere Haab und Nahrung/ oder seiner Nahrung allein/ eine grosse und merßliche Gleichheit befinden; so sollen sie zu der Einkindschafft nicht ratthen/ noch darein bewilligen/ oder wo man deren fortgang je gern sehen wolte/ ihren Pflegkindern erster Ehe/ einen gebührlichen ziemlichen Voraus/ anstatt derselben Väterlichen anererbiem Nahrung/nach gestalt und Gelegenheit derselben machen/ und die Handlung allweg dahin richten/ damit sie nachmals/ daß solche abgeredte Ein-Kindschafft ihren Pflegkindern nützlicher denn schädlicher seyen ic. betheuren mögen. In pacto autem certorum bonorum, omnes & singulæ solennitates requiruntur, quæ desiderantur in pacto universorum bonorum, quicquid enim juris est in toto, quoad totum, id quoque juris est in parte, quoad partem, L 77. ff. de R. V.

THES. II.

Excipiuntur autem in hoc pacto bona avita, & extra familiam alienari non solita, quæ liberi aliunde quæsiverunt, res alias jure communi collationi exentæ, & illæ, quas liberi, si hæc unio facta non fuisset, præcipuas (vulgo dictas zum Voraus) haberent, ut sunt feuda, Majoratus, sumptus militares, ad studia, cont. Wessobec. ad ff. iii. de collat. dot. num. fin. Rick. cap. 5. n. 4.

TH.

(21)

THES. III.

An liberi hoc pariationis pacto inter se invicem uniti, participes fiant feudi, quod ante unionem Parentes unientes possederunt, queritur: Distinguendum videtur, ita, ut quando feudum est antiquum, tunc nulla successio locum habeat, si vero sit novum, a patre pro se & heredibus emtum, tunc successioni locus sit, & in filios unitos ut hæredes transeat, nec non in collationem veniat. vid. Alciat. in l. quartam 91. ff. ad Leg. falcid. Rick. cap. 5. n. 11. & 12.

THES. IV.

In Fideicommissis familiarum liberi per unionem conjuncti, non succedunt, talia enim fideicomissa pro familie & agnationis conservatione constituuntur, Unio autem jus sanguinis & agnationis non operatur, arg. 18. ff. de R. l. 34. ff. de pactis. Unde filii uniti nulla agnationis vel consanguinitatis lege, sed tantum ex contractu parentibus succedunt, non ulterioribus, & post primam divisionem a morte parentum, expirat unio, nec quoad successionis effectum vinculum perpetuum parit. Muscul. membr. 3. n. 35. Knipschild. de Fidei. Famil. Nobil. c. 8. n. 437.

CAPUT V.  
De Fine, & Effectu Unionis prolium.

THES. I.

In his pariationis prolium est ex parte parentum, ut tranquam ultima voluntate utriusque matrimonii liberos suos heredes declarent, ex parte vero liberorum, ut parentum hereditatem ex æquo acquirant H. Hn. de Jure Rer. cap. 10. Concl. 73. num. 11.

C 3

Finis



Finis primarius est filiatio & confraternitas, quasi ex eodem matrimonio essent nati, ut videre est ex Reform Francot. p. 3. tit. 10. §. 11. Ob nun wohl die Einkindschafft in ihre Kraft und Würklichkeit ergangen / auch vermög derselben die beyder Chen Kindere für gleiche und rch'e Kinder gehalten werden ic. secundarius, æqualis liberorum successio. Schilt. ad ff. Ex. 3. thes. 17.

## THES. II.

Effectus Unionis prolium est, quod si semel rite & legitimè sit inita, ut aliae conventiones honestæ & legitimæ, sit servanda, nec ab una parte altera invita revocari queat, arg. L. s. C. de Obl. & Ad. Hinc & tale patrum ad heredes est transitorium Hahn. loco all. num. ii. Quamvis autem Parentes omnes affectionem liberis unitis, & hi reverentiam ac obsequium debitum parentibus præstare teneantur, non tamen unio prolium patriam potestatem tribuit, sed est medium seu mixtum aliquod jus, conflatum ex patria potestate & tutela, atque jus majus tutorio, minus patrio, non enim patria potestas conventione privata acquiri potest. Rick de Un. prol. cap. 8. n. 1. & n. 18. Stryk. de S. A. I. Diff. 8. cap. 6. thes. 24. & in Us. Digest. mod. tit. de Adopt. thes. 15. Ipsa etiam dignitas a parentibus liberis unitis non communicatur, v. g. nobilitas, quæ a solo Imperatore dependet.

## TH. III.

Effectus ratione bonorum est, quod liberi uniti, sine ulla alia ultima voluntate, vi hujus pacti parentibus unientibus succedant. Habet enim unio hæc vim ultimæ voluntatis, in qua liberi heredes declarantur, & hereditatis delatio illis hoc pacto non minus ac lege aut testamento obvenit, regulariter autem liberi uniti non

(23)

non expressis partibus, æqualiter succedunt. Stryk. de S.  
A.I. Diff. 8. cap. 6. thes. 18.

#### TH. IV.

An vero ipsi quoque Parentes unientes liberis unitis succedant, etiamsi pacto hac de re non cautum, Dd. non convenient. Affirmat B. Stryk. in tr. de S. A. I. Diff. 8. c. 6. thes. 19. cum ibid. alleg. Muscul. ex natura correlativorum, & quia jura successionum regulariter sunt reciproca l. 11. c. de legit. hered. conf. Rickius c. 6. n. 69. Verior tamen mihi videtur Negativa, quod Parientes unientes liberis unitis non succedant, quia (1) Pactum hoc Unionis est stricti juris. [2] Sibi imputent Parentes, quod legem Unionis non apertius dixerint. Neque obstat dissentientium ratio, quamvis enim successionum jura regulariter sint reciproca; in conventionali tamen hoc non obtinet, nisi pacto id specialiter sit expressum, ut similiter in adoptivis est receptum, quod postea mentem suam mutando asseruit B. Stryk. in U. Modern. ff. Tit. de Adopt. §. 14. ibique alleg. Betius; c. 5. Dissidentes se quidem fundant in Ord. Moguntina; Nos vero defectum Statuti, & conventionis presupponimus. Aliud enim est, si vel statutum admittat pactionem reciprocam, vel expressa sit reciprocatio. vid. Reform. Francof. loc. sapius alleg. §. 19.

#### TH. V.

Ex eodem fundamento dependet, quod Unio prolium non inducat effectum successionis, quoad ipsos unitos inter se, Knipschild. de fideic. famil. Illustr. c. 8. num. 438. Rick. cap. 7. num. 4. Ad collaterales enim hæc successio nunquam extenditur, nec liberi uniti sibi succedunt, arg. L. pen. §. 1. c. de Adopt. Stryk. de S. A. J. Diff. 8. cap.

8. cap. 6. libet 19. unitas enim illa dicitur parentela liberorum, & non unitas fratrum, quod satis appetat ex vulgaris germanico idiomate, quo dicitur Ein kind schaft / non vero Ein brüder schaft / Betsius de patr. fam. Ill. str. c. 5. circa fin.

## TH. VI.

Quamdiu unio prolium haec durat, pater uniens circa bona ista communia conveniri, atque procuratorem constitutere proprio nomine potest, alienare autem omnia immobilia prohibitum est parentibus unientibus, quia sunt instar tutorum, vid. Reform. Francf. d. l. in verbis: Dann wie auch hiermit ausdrücklich sezen / und wollen / da solches hierüber geschehe / daß solche Veräußerungen / und Beschwerungen frastlos / nichtig / und dagegen den Kindern vorbehalten seyn solle &c.

## TH. VII.

Non autem omnis alienatio parentibus unientibus est prohibita, sed illa, quæ liberorum unitorum proprietatem deteriorem facit; Si igitur justa & necessaria sit causa, ut urgens æs alienum, vel adiunt res hæreditati onerosæ, vel quoconque modo dainnosæ, vel mora sint periturae, licet immobiles, Parentes tamen ea alienare possunt. Non enim si quid parentes alienent, deteriorem facere liberorum conditionem præsumuntur, sed pro parentibus semper militat præsumtio, qui liberis suis optime consulere & prospicere cendi sunt. L. 7. C. de Curat. furios. Rick. cap. 3 num. 23. §. c. 8. n. 10.

## TH. VIII.

Quæritur: An parentibus hoc pacto Unionis testamen-

stamenti factio auferatur? Affirmant Rick. de Un. prol. c. 3. n. 18. & Muscul. de Success. convent. lit. R. n. 155. Negat Bocer. Cl. 1. diff. 12. num. 20. & 21. Besold. ad ius provinc. Wurtenberg. Diff. 3. th. 74 & Fichard. Vol. 1. cons. 74. n. 7. Sed nos distinguimus, cum Stryk. in Usu Mod. ff. Tit. de Adopt. ib. 13. Si unio facta quoad omnia bona indistincte, nec quicquam exemptum, non superesse testamenti factioem putamus, etiam si laesio legitimae esset; Cum ius quod ex pacto habent liberi, alterius arbitrio non subjaceat. Si autem liberi tantum uniti, & de bonis nil dispositum, aliud est dicendum, ita enim hoc tantum obtinuerunt, ut aequali succedendi spem habeant, salva tamen testamenti factione, usque ad legitimam. Neque obstat, quod testamenti factio nemini auferenda, nec quis illam sibi adimere possit, quod hic cessat, ob notissimam pactorum successoriorum efficaciam.

## CAPUT VI.

De Obligatione Parentum Unientium, & Liberorum Unitorum, ut & Actio-  
ne ex Unione Prolium.

## TH. I.

**O**bligantur Parentes & liberi sibi mutuo, ad praestanda alimenta, in tantum, ut eo casu, quo Unio negatur, aut impugnatur, Parentibus contra liberos, & liberis contra Parentes, provisionali decreto, durante lite, de alimentis prospici debeat; Quia ipsa natura & Leges hoc imperant. Alimentorum autem nomine, & sumptus studiorum veniunt, qui nec collationi obno-

xii sunt. Stryk. de S. A. I. d. ff. 8. c. 6. §. 24. cum allegat. Mül-  
ler. ad Struv. Tit. de Adopt. thes. 66. Parentes etiam U-  
sumfructum, de bonis Unorum, durante Unione  
consequuntur, non quidem vi Patriæ potestatis, sed in  
compensationem alimentorum. Rick. c. 6. n. 76. & c. 9. n.  
21 seqq.

## TH. II.

Tenentur quoque Parentes liberos unitos dotare,  
cum dos non minus quam alimenta pro favorabili cau-  
sa habeatur. Imo, juxta multorum sententiam, favo-  
rabilior est causa dotis, quam alimentorum; Gail. 2. obf.  
95. n. 5. Mascul. M. 2. class. I. Concl. 4. lit. B. num. 142. Pa-  
ter enim, ut plurimi statuunt, filiam divitem alere non  
cogitur, dotare tamen illam debet, quia publice inter-  
est, sc̄minas esse dotatas. l. 1. ff. solut. matrim.

## TH. III.

Liberi Uniti, non parentibus, sed sibi acquirunt,  
cum Unio non fiat in bonis liberorum, sed parentum,  
Stryk. de S. A. I. Difff. 8. c. 6. th. 2. & 24. cum allegat. quæ e-  
nīm bona liberorum sunt præcipua, ipsis manent; nec  
super illis bonis, facultatem testandi liberis adimere  
possunt. Parentes quidem utendi, fruendi facultatem  
habent, sed non ad dies vitæ, verum, ad justam libero-  
rum ætatem, v. gr. ad annum 25 & plerumque ad tem-  
pus Nuptiarum. vid. Reform. Francof. loc. alleg. §. 13.

## TH. IV.

An ad Nuptias liberorum contrahendas, Paren-  
tis unientis consensus sit necessarius, queritur? Affir-  
mat Gilken, de prescript. P. 3. c. 3. n. 93. Verum, rectius  
Negativa defenditur, quia in hac Unione Parens est  
fictus, & alcitius, cui non competit Patria potestas,  
ut

ut supra adstruximus, cuius effectus est necessitas consensus in nuptiis liberorum, cessante vero Patria potestate, tanquam causa, cessat quoque effectus. confer. Carpzov. in *Jurisprud. Consistor. L. 2. def. 46 & 47.* recte tamen & utiliter consensum Parentum Unientium, in Nuptiis liberorum accedere, monet. B. Stryk. de *S. A. I. diff. 8. c. 6. th. 24. in fin.*

## TH. V.

Ex Unione Prolium dantur vel actiones personales, vel reales. Quoad personales (1) datur Condictio ex moribus, quæ competit liberis pro consequenda portione hereditaria, ex bonis Parentum unientium.

(2.) Summaria imploratio Judicis officii Nobilis, quæ datur Unitis, ad imperrandam immisionem in bona Unientium, B. Stryk, de *S. A. I. diff. 8. c. 6. th. 23.* confer. Respons. apud Richter. Dec. 26. n. 28. *in fin.*

(3.) Actio realis, sive Petitione hereditatis conventionalis, cuius fundamentum est jus illud hereditarium conventionale, quod vi Unionis prolium constituitur. Stryk de *S. A. I. Diff. 8. c. 6. th. 22.* Quod quidem quoad causam obligationis, facta pactio statim est perfectum: effectum tamen propter tacitam, [quæ ei inest] conditionem, usque ad tempus mortis habet suspensivum. Est autem hereditatis petitione conventionalis, Actio realis, moribus introducta, universalis, bonæ fidei, qua uniti pertinent se heredes declarari, & hereditatem Jure conventionis ad se pertinentem, ab eo qui pro herede, vel pro possessore possidet, restituiri. Hahn. de *Jur. Rer. c. 10. Concl. 73. n. 11. in fin.*

(4.) Contra fratres & sorores unitos, utilem familie herciscundæ actionem.

D 2

Et

(28)

Et (5.) Remedia possessoria, e. gr. Utile Remedium  
Quorum Bonorum, concedit B. Da. Stryk. *in tr. de S. A. I.*  
*diff. 8. c. 6. thef. 23.*

## CAPUT VII.

### De Affinibus Unionis Prolium.

#### THES. I.

UNIO prolium adoptioni est cognata & simillima,  
quemadmodum enim [1.] in adoptione adoptantis &  
adoptandi consentus est necessarius *I. 5. & I. 24. ff. de adopt.*  
sic etiam in Unione necesse est, ut pacifcentes vel consen-  
tiant, vel non contradicant. [2.] Castratis adoptare non  
est permisum, quia liberos procreare non possunt. Ita nec  
unionem facere queunt. [3.] quemadmodum vero spado  
potest adoptare, sic etiam potest unire, cum matrimonio-  
um recte contrahere queat, est enim vitium apud illos  
temporale, quo sublato generare possunt. *I. 9. §. 1. ff. de jur.*  
*dot.* plures differentias vid. apud Ricc. *cap. 9.*

#### TH. II.

Non tamen (ut multi putant) in locum adoptionis  
unio prolium est introducta, sed in multis quoque diffe-  
runt, (1) Unio prolium patriam potestatem non inducit,  
sed est mixtum quoddam seu medium Jus, ex patria pote-  
state & tutoria. (2) Fœmina adoptare non potest nisi ex  
indulgentia Principis. *§. 10. J. de adopt.* unire tamen æquo  
Jure potest. (3) In adoptione frater adoptivus sororem  
adoptivam durante adoptione in matrimonium ducere  
nequit, *§. 2. Inst. de Nupt.* Frater autem unitus sororem u-  
nitam

nitam etiam constante unione ducere non impeditur. [4] In adoptione adoptans adoptandum plena pubertate debet præcedere, § 4. *Inst. de adopt.* quod secus in unione prolium, ibi enim ut uniens unitum plena pubertate antecederet, non est necesse. [5] Adoptio in liberis nascendis non obtinet; bene tamen in unione prolium. [6] Adoptio extra casum matrimonii fieri potest, non tamen unio prolium, plures differentias vid, apud Rick, *cap. 9. n 38.* confer. Perillustr. Baro de Lyncker, *in Anal. ad Struv. Tn. de Adopt.* *ib. 66.*

## TH. III.

II. Unioni prolium simile est pactum mutuae successionis inter conjuges. Quod est conventio inter conjuges, qua cavetur, ut superstes conjugum in casu defientium liberorum ex eodem matrimonio natorum, alteri succedit. vid, Hahn. *de Jur. Rer. c. 9. Concl. 72.*

## TH. IV.

III. Pactum Ganerbinatus, (Gan-Erbshafft) quod est conventio inter nobiles, ac illustres familias, certis legibus, superioris confirmatione accedente, inita, ut se suasque facultates contra vim & hostiles incursiones defendant, & una familia extincta, ex reliqua superstites isti succedant. Gan-Erben dicuntur quasi ganze und Universal-Erben. Wehn. *in Obs. v.* scribit, quod Gan-Erben dicantur, quasi gemeine Erben/ ab antiquo vocabulo germanico Jahn oder Gahn/ quod idem est ac gemein. Hahn. *de Jur. Rer. cap. 12. Concl. 75.* Struv. *in Jurisprud. L. 2. T. 34. §. 2.*

## TH. V.

IV. Pacta Gentilitia, 1. Confraternitatum, inter Principes, & illustres personas, germ. Erb-Verbrüderung/ Erb-Vereinigung; est autem Pactum Confraternitus,

D 3

Con-

Conventio Principum, & illustrium personarum, Imperatoris autoritate roborata, ut heredibus masculis unus familiae deficientibus, familiae alteræ pacientes, superstites malculi, in bona & Principatus extinctæ, succedant. Hahn. *de Jur. Rer. c. 11. Concl. 74.* Struv. *in Jurispr. L. 2. Tit. 34. thes. 2.* Tale Pactum cum Saxoniæ Ducibus inierunt Serenissimi nostri Hassia Landgravii, Anno Christi 1268, confirmante Rudolpho I. Imperatore, cui accessit deinde Serenissima Domus Brandenburgica. Biccus *in Aur. in fin. proloqu.*

## CAPUT VIII, De Contrariis Unionis Prolium.

### THES. I.

**U**nio prolium tollitur [1] Morte Uniętium, aut Unitorum, & subsecuta deinde honorum divisione, quo ipso statim expirat, Rick. c. 7. n. 119. & cap. 9. n. 44. & 48. Unio enim non perpetuum parit affectum, nec vim suam in omnem generationem extendit, cum paternam & maternam successionem non excedat, adeoque alterutro Conjugum mortuo, hæc unio statim intercidit, neq; diutius firma est. Muscul. d. l. n. 35. in Ref. tamen. Francof. b. t. §. 9. cautum est, ut uno Conjugum defuncto, superstiti, secundas Nuptias contrahere volenti, hoc pactum, cum novo Conjuge, & prioris matrimonii liberis, renovare & inire liceat.

### THES. II.

(2) Pactum hoc pœnitentia mutua, & mutuo dissensu expi-

(31)

expirat, arg. l. 58 f. de pact. Nihil enim tam naturale est, quam eo modo quicquam dissolvere, quo colligatum est, l. 37 f. de R. f. Et nihil vetat, jus ex pacto quæsumum, contrario pacto dissolvere. Sicut E. hoc pactum, mutuo consensu fit, ita quoq; mutua voluntate dissolvitur. Unius vero dissensu, vel penitentia non tollitur. Stryk. de S. A. I. diff. 8. c. 6. th. 27. cum allegat.

### THES. III.

(3) Si nulli liberi nascantur, vel nati Parentibus viventibus deceantur, Bocerus Cl. I. diff. 12. th. 16. Besold. Diff. 3. ad I. P. W. th. 89. Concordat Ref. Francof. p. 3. Tit. ult. § 18. in verbis Folgendes aber aus derselben ihrer zweyter Ehe/ keine Kinder erfolgeten; oder/ da gleich etliche daraus gebohren/ doch vor beyder ihrer Eltern tödtlichen Abgang verstorben wären; so soll alsdann die Einkindschaft gefallen und verlossen seyn/ und es der Erbschaft halben/ vermög meiner Rechten gehalten werden; congruit Constit. Elector. Palat. 20. tit. 25. in fin. Dissentit C. L. A. Tit. de Adopt. §. 69. & B. Dn. Stryk. de S. A. I. Diff. 8. c. 6. th. 31.

### TH. IV.}

(4) In gratitudine liberorum, tali, ob quam ex hæredatione in Novell. 115. c. 3. est permisla, Magistratus cognitione interveniente, ingratum a successione repellli, & sic, Unionis vinculum, quoad hunc tolli posse, arg. 1. fin. f. de alend. lib. 9. parent. statuit B. Dn. Stryk. de S. A. I. diff. 8. c. 6. thes. 28. cum allegat. Sed cum nullus in Jure proditus sit casus, ubi ob ingratisudinem jus ex pacto vel contractu quæsumum, tolli possit, excepta donatione, L. fin. c. de Revoc. donat. Ab hac sua sententia postea recessit in U. mod. f. tit. de

*de Adopt. §. 16.* Ubi tamen monet, quod æquitas hanc sententiam defendat. Quousque enim ex Unione hac lucrum captant liberi, eatenus naturam donationis sapit, ut inde Magistratus injuriam passo Parenti, merito succurrat.

Et hæc sunt, quæ de Unionis Prolium materia, per ingenii tenuitatem, temporisque angustiam, conscribere licuit; Tu L. B. veniam dabis, si quid minus exascale aut polite positum. Sit interim DEO O. M. pro clementissime hujsque in studiis meis, & hac Dissertatione praestito auxilio, Laus, Honor & Gloria, in sempiterna secula.

## COROLLARIA.

I. Ad validitatem Unionis prolium, testes extranei, plane non sunt necessarii.

II. Inveniarum quoque solennis confatio non est necessaria, nisi Statuto expresse requiratur.


III. Liberi in Unione prolium lesi, in integrum restituvi possunt.

IV. Neglectio solennium requisitorum tollit Unionem prolium.

V. Ut & inegalitas in Legitima.

VI. Jus accrescendi inter liberos unites locum habet.

VII. Unio prolium in testamento revocari non potest.




Grüßen, Diss., 17.11.-12



V.D. 18





### Farbkarte #13

D. B. V.  
AUGURALIS JURIDICA,  
DE  
**ONE**  
**LIUM,**  
VULGO  
**Kindschafft /**  
QVAM  
DEO TRIUNO,  
ATE ET INDULTU  
CTORUM ORDINIS,  
HAC LUDOVICIANA,  
UTROQUE JURE HONO-  
DOCTORALIBUS OBTINENDIS,  
CO ET SOLENNI  
ORUM DNN. PROFESSORUM  
AMINI SISTIT  
**VILHELMUS DASZ /**  
NASS. DILLENBURG. ADVOC.  
DECEMBRIS A. M DCC XI.  
ANNO M DCC XXII.

1711, 36 34 4